1255 [= 1989] statua cum basi. Nolae in foro SIRM. Ibidem adhuc.

ante pedes statuae in summo cippo:

C L E M E N T I A N I
P O L L I O · I V L I O
CLEMENTIANO · V · P
PATRONO · INIMITABIL
LARGISSIMO · CVIVS · FACTA
ENARARI · NON · POSSVNT sic
E*I*VS · MERITIS · REGIO · IOVIA
STATVAM · CENSVIT

Descripsi et recognovi. Sirmondus cod. 1418 n. 108 et in adventoria de region. suburbic. c. 1 ed. 1620, opp. IV p. 62 ed. 1696, item apud Grut. 1095, 8 a Sirmondo; Capaccius p. 883; Remondini *storia* 1, 23; Pococke p. 68 n. 3; *Voyage pittoresque de Naples* P. III p. 190.

7 hodie IV deficit.

1256 [= 1990] Nolae statua cum basi in aedibus Fabricii Iudicis SIRM. Hodie in aedibus Monteforte in via S. Felicis.

ante statuae pedes in summo cippo:

POLLIO · IVLIO · CLEMENTIANO

in antica:

SVBVENTORI CIVIVM
NECESSITATIS AVRARIAE
DEFENSORI LIBERTATIS
urceus REDONATORI VIAE POPVLI patera
OMNIVM MVNERVM RECREATORI
VNI*VER*SA REGIO ROMANA
PATRONO PRAESTANTISSIMO
STATVAM COLLOCAVIT

alibi:

CVRANTE · CL · PLOTIANO

Descripsi et recognovi. Sirmondus cod. 1418 n. 107 qui vidit (inde in propemptico Cl. Salmasii l. 1 c. 1, opp. vol. IV p. 62. 132; Grut. 1095, 7 a Sirmondo; Capaccio p. 883; Remondini *storia* 1, 22; Pococke p. 68 n. 2. Orelli 6.

10 habet solus Sirmondus (PLOTIANO Grut. et ed. Sirm., PONTIANO apographum quo utor); ea in basi neque esse neque fuisse adseverat Remondinius, neque habet Capaccius nec vidi ego. Sed tamen cum Sirmondus ea certo non excogitarit, alicubi eum haec legisse non dubito.

1257 basis paene evanida. Nolae in area prope viam ferratam BRVNN. Ego frustra quaesivi.

C L E M E N T / / /
V · P
POLLIO · IVLIO
C L E M E N T I A
INIMITABIL//
PATRONO STATV//
CVM CLEPEOM
/ / / / / / /

Descripsit Brunn.

7 fortasse *cum clipeo marmoream.*

1258 [= 1994] in marmore ingenti LEO. In altari S. Iacobi de cimiterio [= Cimitile] ANONYMVS 1591. Paulo ante rep. in suburbicaria regione circa Neapolim BLANCH.

T · R V T I L I O
VARO
T R I B · M I L · L E G
V · M A C E D O N I C
PRAEFECTO · ALAE · BOS
Q · DIVI · VESPASIANI
AED · CVR · COM · IMPERATO
PATRONO
D · D

Ambr. Leo f. 20' (inde Grut. 465, 3); Panvinius cod. 6035 f. 66; Anonymus a. 1591 f. 50'. 85 (inde Remondini 1, 34); Capaccius p. 884; Blanchinius in codice bibl. capit. Veronensis 347, 250 f. 83, cui misit Aegyptius d. 29 Mai. 1705; Remondini 1, 88 (ex eo male Lupoli it. Ven. p. 15). Orelli 3139. 3440.

Versus divisi ad Blanch. — 3 TRIBV Cap. — 4 MACEDONICAE Panv., MACEDONIO Cap. — 5 PRAEFECTO Aeg. Rem. 34, PRAEF Leo Panv., PRAEFETVS · EQVITVM Anonymus, PRAET · EQ Cap. — 6 lineam supra Q Panv. servavit. — DIVI Aeg., DIVI reliqui. — 7 IMPETRATO Anon. — Compendia ab Anonymo male soluta non adnotavi. — Remondinius 88 exhibet sic conflatam cum n. 1262: CVRIATIO · L · F · FLAMINI · DIVI · AVG | PRIMI · PIL · TRIB · MILIT · II | LEG · V · MACEDONIC · PRAEF | ALAE · BOS · Q · DIVI · VESPASIANI | AED · CVR · COM · IMPERATO | PATRONO | D · D ·

1259 Nolae rep. in hortis collegii Iesuitarum.

C · F · Q
*iiiuiro mone*TALI · TRIB · MIL ·
*quaesto*RI · TRIBVNO · PL*ebis*
*misso ab i*MP · ANTONINO *aug. pio*
*ad dilect*VM · IVNIORV*m*
cur. uiae LABICANAE · LEGAT · AV*g.*
*curat*ORI · PATRO*no*

Giovenazzi cod. Vat. 9127 f. 331.

1260 Nolae in S. Apostolo.

SIANO
EX · PATERNA
ECVLIARIS
SECVRITATI · CIVIVM
INFATIGABILI · BONITATE

Iucundus app. Zen. f. 191.

1261 [= 1991] Nolae in turri campanaria ecclesiae cathedralis.

*pro*CVRATORI
*diui ue*SPASIANI · ET
DIVI TITI
AVGVSTALES
L · D · D · D

Descripsi et recognovi. Bononius cod. Ottob. f. 44 (inde sub Cyriaci nomine Mur. 767, 6) = cod. Traiect. f. 134; Ferraro *cim. Nol.* p. 5; Remondini 1, 89; Pococke p. 69 n. 18.

1. 2 PROCVRATORES · VESPASIANI Bon., ex supplemento omnino.

1262 [= 1992] litteris magnis et optimis. Cimitile in S. Felicis *dentro il pulpito* ANON. a. 1591. Ibidem adhuc.

L · C V R I A T I O · L · F
FLAMINI · DIVI · AVGVSTI
PRIM · PIL · TRIB · MILIT · II
PRAEF · CASTR · PRAEF · FABR
ARBITRATV · HYACINTHI · LIB

Descripsi et recognovi. Leo f. 20' (inde opinor Ursinus de famil. p. 83; Lipsius auct. p. 18; Grut. 399, 5 ex Leone et Ursino); Sirmondus ms. 1418 n. 88 qui vidit; Anonymus a. 1591 f. 53. 85. 86'. 90'; Capaccius p. 884; Ferraro 1644 p. 6; ex Holstenii schedis Barberinianis, quae perierunt, Marini cod. Vat. 9128 f. 111; Remondini 1, 248; Ambrosini 1, 3; Lupoli iter Venus. p. 15; Iannelli *Commissione di Caserta* 4 Dec. 1872.

1263 [= 1993] Nolae olim in Seminario.

D · M
C · GERMANIO · C*f*
COLLIN · VALENTI*no*
MIL · LEG · XV · APOL*lin*
MIL · COH · XI · VRB · Ɔ · A*lfi?*
VETERANO · COH · E*i*V*sdem*
DEDVCTO · A · DIVO · N*erua*
C · GERMANIVS · FLOREN*s lib*
IDEMQ · FILIVS · ET · GERMAN*ia ...*

Remondini *iscr. del. Semin.* n. 33; Pococke p. 69 n. 16.

In extremis versibus quinae pluresve litterae desunt apud Pocockium neque operae pretium est errores eius omnes adnotare. — 6 in f. ELV... Rem. — 7 DEDVCTO · AB... Poc. Nisi in N extr. erravit Rem., supplendum est NERVA.

XXXV. NVCERIA CONSTANTIA (p. 124).

ad n. 1080. Nunc Pompeiis apud I. Beacall, ubi descripsit Mau a. 1879, legens 6 IX, 10 PATRI.

XXXVII. ABELLINVM (p. 127).

ad p. 127. Collato vocabulo quod est *Herculia* coloniae Telesiae Abellino et vicinae et ad eandem fere rei publicae formam constitutae (cf. vol. IX p. 205) iam magis crediderim Abellinum coloniam deductam esse a Sulla, nomina autem Liviae (si fuit Livia) Augustae adiecta esse imperante Augusto.

ad n. 1149. In commentario nuper (scilicet post Zigarellii librum editum a. 1856) scripto *'breve cenno storico, cosmografico e geografico della terra di Capriglia'*, quem amici Abellinates mihi tradiderunt, titulus extare dicitur Capriglae *nel petto del campanile* referturque sic:

IIOII flo-res II rosa II
YNYSIO AVCHVBEL

Versus prior non tam scriptus fuit quam sculptus.

8159 Abellini ante episcopium.

O M F
P AED

Tagliatela l. c. ad n. 8160.

8160 in tegula. Inter Avellinum et Atripaldam in villa canonici Masi reperta est *una gran cella composta di tufo e mattoni; vi erano dentro quattro sarcofagi, tre di travertino ed uno di tufo. Uno di essi mostrava il cadavere calcinato ed un vaso unguentario; un altro tra l' ossame serbava una lucerna ed un piccolo vaso. I coperchi de' tre sarcofagi erano della solita foggia a tettoja, aderenti ad essi con grappe di ferro. Ad un lato della cella fu trovata questa epigrafe incisa sopra mattone:*

D · M
P · AFINI · FIRMINI
QVI · VIXIT · ANN · III
M · VI · D · XXVIII · MATER
5 ET · PATER · FILIO · MI
SERISS · FECERVNT

Tagliatela *archivio storico per le provincie Napolitane* 3 (1878) p. 131.

8161 Capriglae rep. in praedio Andreae de Masi *nella contrada detta Vicolavoro.*

C · SVEL
SIBI ET VAL
CVNCVBINAE · ET
FILIAE EA QVAE
5 VALERIAE · QVAR

Ex schedis Capriglensibus, de quibus dixi in add. ad n. 1149.

8162 Avellino *dietro al Duomo.*

MO
T

Tagliatela l. c. ad n. 8160.

XXXVIII. ABELLA (p. 136).

Anno u. c. 667 *Nolani* (scilicet Samnites Nolae obsessi et ibi pertinaciter sese defendentes, v. p. 142), Licinianus ait p. 26, *progressi oppidum Abellam incenderunt.* Quo facto Sullam eo colonos deduxisse eo magis verisimile est, quod titulus n. 1210 ostendit, ut exposui, Abellam inde ab ipsis principiis aetatis imperatoriae coloniae locum obtinuisse.

XXXIX. NOLA (p. 142).

ad p. 142. Non omittendum fuit Nolanos apud Festum (v. municipium p. 127) inter municipia referri, quae *ad civitatem Romanam ita venerunt, uti municipia essent sua cuiusque civitatis et coloniae;* quibus verbis corruptis exempla quae apponuntur declarant significari populos, qui Latii ius aliudve foedus ita commutarint cum civitate Romana, ut suos magistratus retinerent. Nolani ita ad civitatem Romanam pervenerunt sine dubio post bellum Italicum.

ad n. 1258. Conferendus est titulus Pergensis (C. I. Gr. 4342 *b* cum add. p. 1160 = Lebas et Waddington n. 1373): . . Ῥοτείλιος Οὔαρος ἔπαρχος ἱππ[έ]ων [ε]ἴλης α' Κολων[ῶ]ν (cf. Henzen syll. n. 6924), non eiusdem viri, eiusdem tamen familiae.

8163 Sommae ad Vesuvium in praedio domini Colletta, in gradu monumenti falsi quod rettulimus n. 1491*.

Φ · CI
P R I M · P*ilo*
*leg. u. ma*C E D O N *icae*
*testame*N T O *fieri iussit*
5 *monume*N T V M · SI*ve sepul*
*crum he*R · NON · *sequetur*

Descripsit de Petra. Ios. Novi ed. in ephemeride Neapolitana *l' Italo, Cronaca Bigia* 17 Mart. 1878. Misit F. Colonna-Stigliano per Duhnium.

XXXVII. ABELLINVM (p. 127. 969).

ad n. 1151. Est in codice Londiniensi Harleiano 2571 saec. XV f. 75. Exemplum non differt.

8364 tabella marmorea rep. prope Atripaldam *alla Civita*.

VERATIVS CAPRIV
S CVM CONIVGE
SVA VICIRIA MY
RINENE SE VIBOS M
EMORIA SIBI FECE
RVNT ET SVIS

Sogliano apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1881 p. 299.

XXXVIII. ABELLA (p. 136. 969).

ad p. 136. 142. In collectaneis codicis Neapolitani XIV D. 8 (v. index auctorum s. v. Anonymus Corvisierii) scripto a. 1525 adsunt epigrammata Abellanum unum n. 1217, Nolana autem n. 1258. 1262. 1267 (v. infra). 1272, item fragmenta sive Abellana sive Nolana n. 8365 sumpta omnia de ipsis saxis exemplis probis, versuum tamen divisione non observata.

XXXIX. NOLA (p. 142. 969).

ad n. 1267. Est item in cod. Neap. XIV D. 8 f. 35′ collocata 'Nolae'. Est ibi 1 C·AESIAE — 2 HIPARCHO — 4 GLITIONAE.

ad n. 1367. Diligentius inspecta editione intellectum est versum Hebraicum a Remondinio non ad titulum hunc referri, sed proponi ut lectum in lucerna aenea.

8365 loco non adscripto, sed post Nolanam X, 1258, ante Abellanam X, 1217, in codice Neapolitano XIV D. 8 f. 36 leguntur haec sine dubio trahenda ad alterum utrum oppidum 'in marmore fracto':

EMPRONIO
RVNTIAE
NGNAE · VXSORI

et in alio fracto:

VXSOR

et in alio:

VNXOR

XL. HERCVLANEVM (p. 156. 970).

ad n. 1408. Dele; est Venafrana infra n. 4845.

ad n. 8167. Iam prostat in lapidario Neapolitano sub n. 109558, ubi a. 1882 excepi sic:

SALVTI
SACRVM

XLI. NEAPOLIS (p. 170. 970).

ad n. 1504. Extat Romae apud Institutum archaeologicum. Scr. 1 COMINIÓ — VERECVNDÓ — 2 DIA — PIISSIMO — 3 ΦONTEIδ et suo versu KAΠIT.

ad n. 1537. V. 13 refert peregrinator Gallus a. 1574 (vide n. 8388) f. 390 legens G·F — PLVS·M·A·L·D·B·DIE·IIII·SEPT·IMPER·D·V·MAVRITIO·PP·AVG reliquis omissis.

XLII. PVTEOLI (p. 182. 971).

ad. p. 189. In museo Porticensi qui fuerint scripti lapides a. 1808 intelleximus ex inventario Petri la Vega nuper edito in documentorum pertinentium ad historiam museorum Italicorum volumine quarto p. XVIII—XX. Fuerunt autem hi:

Pompeiani (vel certe editi inter Pompeianos) n. 925. 1077. 1079.

Nolanus n. 1295.

Herculanensis n. 1452 (tabula aenea).

Puteolani n. 1556. 1596. 1597. 1631. 1636. 1641. 1650. 1666. 1690. 1691. 1761. 1790. 1820. 1831. 1885. 1912. 1954. 1971. 1997. 2016. 2025. 2068. 2157. 2186. 2202. 2224. 2359. 2427. 2498. 2615. 2661. 2777. 2829. 2830. 2831. 2832. 2833. 2847. 2972. 3161. 3225. 3229.

Misenenses n. 3377. 3379. 3448. 3486.

Cumani n. 3692. 3696.

Literninus n. 3714.

Aenarienses n. 6786—6788. 6791. 6793. 6794. 6796—6799.

Caprensis n. 6810.

Ausculanus vol. IX n. 678.

urbani vol. VI n. 1320 (*M. Porcius M. f. Cato*; originis urbanae testimonia adsunt) et 9880 (*olla Iucundae sarcinatr.*; de origine praeterea non constat, sed tabella est columbarii).

Ostiensis I. R. N. 6803.

Vellem eo indice uti potuissem in sylloge ordinanda; inde enim patet in id museum lapides potissimum illatos esse repertos saeculo XVIII medio